

sicans gratuitā mīam dei, qua genus humanū christus  
uenit querere & saluare qd perierat. Hęc etiā septem  
signa, septem dona Spiritus sancti significant.

### DE ANTICHRISTO.

Ntichristus quia christo i multis cōtrarius erit:  
et christo cōtraria faciet, christus uenit humilis  
ille supbus. Christus p̄ctores et hūiles iustifica-  
uit, ille p̄ctores et īpios exaltabit. semperq; uicia que  
cōtraria sunt decebit, legē euāgelicā dissipabit, dēmo-  
nū curā in mū dum reuocabit, gloriā uanam queret, et  
om̄ipotente se nomiabit. Hic antichristus itaq; multos  
habet suę malignitatis mīstros, ex quibus iam multi in  
mō p̄cesserūt, qualis fuit Antilocus Nero Dōticianus,  
nunc q̄q; n̄o tempore antichristos multos esse nouiūs  
Quicq; enī siue laicus, siue canonicus, seu etiā mona-  
chus, cōtra iusticiā uiuit, et ordinis sui regulā ipugnat.  
quod bonum est blasphemat, antichristus est mīnister  
sathanē. Sicut ergo authores n̄i dīcūt antichristus ex  
pplo iudeor̄ nascit, de tribu Dan scđm p̄phetam dicē-  
tem, fiat Dan coluber in uia ceras̄ta i semita. Sicut, enī  
in uia sedebit et i semita erit ut eos qui per semitā iusti-  
cię ambulāt feriat, & ueneno suę nequicię occidat. Na-  
scetur aut̄ ex copulatione patris & matris, sicut & alijs  
homines, nō ut aliqui dicunt de sola uirgine, sed tamē  
totus in peccato generabitur & in peccato nascetur. In  
ipso cōceptionis suę initio, diabolus simul introibit in  
uterū matris suę & ex uirtute diaboli cōmouebitur. &  
cōcremabitur in uentre matris, & uirtus diaboli semp  
cū illo erit. Et sicut in matrē domini nostri Sp̄uſsanctus  
uenit, & eam sua uirtute obūbrauit, diuinitateq; reple-  
uit ut de spirito sancto cōciperet, & qd nasceretur diui-  
nū esset et scđm. Ita q̄q; diabolus i matrē antichristi de-  
scēdet, totā eā iplebit, totāq; circūdabit, et totā tenebit.  
totā interius exteriusq; possidebit, ut diabolo p̄ hoīem

x ij

29  
Dicitur  
antropi



*Loca nati<sup>on</sup> Conti<sup>n</sup>*  
118

*Nopere amper*

coopante concipiat, et quod natum erit totum sit iniquum, totum  
malum, totumque perditum. Unde et ille homo perditionis appellaatur, quia instantem potuit genus humanum perdere, &  
ipse in nouissimo perdet. Ecce qualiter nascitur audistis,  
audite etiam locum ubi nasci debeat. Nam sicut dominus a credere  
poter noster, Bethleem sibi prouidit, ut ibi pro nobis humani-  
tatem assumeret, et nasci dignaretur. Sic diabolus illi homini  
predito antichristo locum nonuit aptum, unde radix omnis maz-  
ilorum oriens debeat, scilicet Babylonem prouidit. In hac enim  
ciuitate quodquidam inclita, gloriosaque urbs gentilium, et  
caput gentilium et regni Persarum fuit. Antichristus nasce-  
tur, et in ciuitatibus Bethsaide et Coroçaim nutririri co-  
seruare dicitur. Quibus dominus in euangelio impoperat dicens.  
Ve tibi Bethsaide, ve tibi Coroçaim. Habebit autem Anti-  
christus magos, maleficos, diuinos, et incantatores, qui  
eum inspirante diabolo mittentes docebunt oem iniquitate  
et falsitate, et maligni spiritus duces ac socii eius erunt, sem-  
per et comites indiuisi. Deinde Hierusalē ueniens, omnes  
christianos quos ad se non poterit conuertere, per uaria tormenta  
iugulabit, sed eorum suā in templo sancto parabit, templū etiam  
destructum quod Salomon edificauit deo, in statu suo restau-  
ravit, et circuncidens se, filium dei omnipotentis se esse men-  
tiet. Reges enim et principes ad se conuertit, Deinde per illos  
ceteros populos, Loca uero per quae dominus Iesus Christus  
abulauit, et prius destruet quod dominus illustrauit. Deinde  
per universum mundum nūcios mittet, predicatorumque suos,  
predicatio autem eius et potestas pertinebit a mari usque ad  
mare, ab oriente usque ad occidentem, ab austro usque ad  
septemtrionem, faciet quoque signa multa magna et mira-  
bilia, et inaudita, faciet ignem de celo terribiliter venire,  
arbores subito florere et arescere, mare turbari et subi-  
to tranquillari, naturas in diuersas figuram mutari, aq[ue]  
cursus et ordinem conuerti, agitari aera uentis, et multitudinis conuotationibus, et cetera innuerabilia et stupenda,  
ut in errorē inducant etiam fieri potest electi. Nam quoniam



cu illa et talia signa uiderint. etiam illi qui perfecti et electi  
 dei sunt dubitati. utrum ipse sit Christus qui in fine mundi  
 secundum scripturas uenturus sit. an non. Hec autem omnia  
 miracula oibus modis esse per incitatones diabolicas notum  
 est. sed per totoribus et incredulis videntur esse vera. Excitat  
 vero persecutio in Christianos. et in eos electos sub omnem  
 celo. Erigeret itaque se contra fideles tribus modis. hoc est.  
autem quod nos  
mutabimur  
 terrore. miseribus. miraculis. Dabit credentibus in se quasi  
 2 habundatia auri et argenti. quae uero non poterit decipere  
 miseribus. supabit terrore. Quos per terrorem non potest  
 vicere. signis et miraculis temptabit seducere. quae signis non  
 potest illudere. in conspectu omnium miserabilis morte necabit.  
 Tunc erit tribulatio talis. quae non fuit a tempore a quo gentes esse  
 ceperunt. usque ad tempus illud. Tunc quaeque qui in agro sunt fu  
 giunt ad montes. et qui super terram non descendunt in domum ut  
 quod extollantur in ea. Tunc omnis fidelis Christianus. dominum negabit.  
 Aut per ferrum. aut per ignem. sive per bestias. sive per  
 aliud quodlibet genus tormenti iterabitur. si in fide permanenterit.  
 Hec autem tam frumentum timendum ac tribulatio tribus annis ma  
 nebit in toto mundo et dimidio anno. Tunc breuiabuntur  
 dies propter electos. et nisi dominus adbreuiasset illos non fuisset  
 salua omnis caro. Tempus siquidem quoniam Antichristus ueniat.  
 vel quoniam dies iudicij appareat. Paulus apostolus in epistola ad  
 Thessalonices ait. Rogatus vos aduentum domini nostri Ihesu  
 Christi manifestat eo loco ubi ait. Quoniam nisi uenerit dis  
 sessio primi et reuelatus fuerit homo peccati et filius predicatorum.  
 ex quibus unum suo tempore magna gloria viguit. maximeque  
 potentia floruit. ad ultimum quoque post cetera regna qui re  
 gnū Romanorum cepit. quod fortissimum omnium regnorū fuit.  
 omniaque regna terrarum sub dominatione sua habuit. omnis popu  
 larum nationes Romanis subiacebant. seruiebantque sub tribu  
 to. Inde ergo dicit apostolus Paulus. Antichristus non ante  
 uenturum in mundum. nisi uenerit discessio primi. Hoc est  
3 anno 7 di  
mido mensis  
cum studiis

nisi dissenserit, oia regna romao impio que prius subdita erat. Hoc autem tempus nondum uenit, quia licet videamus romanum impium ex maxia parte destructum, tandem diu reges francorum durauerunt, qui romanum impium tenere debent, eius dignitas stabit, et ex toto non peribit, quoniam in regibus suis stabit. Quidam nam doctores dicunt, quod unus ex regibus franco et romanum impium ex integro tenebit, quod in nouissimo tempore erit, ipseque erit maximus & omnes regum ultimus. Qui postquam fœliciter regnum suum gubernauerit, ad ultimum Herusalem ueniet, & in morte oliuerti sceptrum coronaque deponet, hic erit finis. & consumatio romanorum Christianorum imperij. Statimque secundum predictam apostoli Antichristum dicunt affuturum, & tunc reuelabitur quidam homo Antichristus uidelicet, qui licet homo sit, fons tamen erit omnium peccatorum filius predicationis, hoc est filius non per naturam, sed per imitationem qui pro omnia adiupabit eum uoluntatem, quia plenitudo diabolique potestatis totius malorum ingenii corporaliter habitabit, in illo inquit enim omnes thesauri iniqtatis, malicieque absconditi, qui aduersatur, i.e. contrarius est Christo, omnibusque membris eius, et extollitur in superbia super omne quod dicitur deus, i.e. super omnes deos gentium Apollinem Iouem Mercurium, quos pagani deos existimant. Super omnes istos extollitur Antichristus quia maior est fortior enim se eis faciet, & non solum super illos extollitur, sed etiam super omnes quod colitur & sanctam trinitatem, quia trinitas solummodo colenda, adorandaque ab omni creatura est. Ita se extolleret, ut in templo dei sedeat, ostendensque se tandem sit deus, nam sicut super diximus, in civitate Babylonie natus, Hierusalem ueniens circumcidet se dicens Iudeis ego sum Christus uobis missus qui ad salutem uestram ueni quod dispisi estis ut congregem et defendam. Tunc confluunt ad eum omnes Iudei existimantes se deum suscipe, sed suscipiunt diabolum. Siue etiam in templo dei sedebit Antichristus, i.e. in sancta ecclesia omnes Christianos cupiens facere martyres,


& eleuabit. qui in ipso erit caput omnium malorum diabolus.  
 qui est rex super omnes filios superbis. Sed ne subito nec  
 impudenter ueniat antichristus. et totum simul humanum  
 genus suo errore decipiatur et perdat. an exortum eius duo  
 magni prophete mittuntur in mundum. Enoch et Elias. qui  
 contra imperium fideles dei promunierunt. instruentes eos et  
 confortabuntur. et proparabunt electos ad bellum. et predicantes  
 tribus annis et dimidio. filios autem israhel quicunque eo tempore  
 fuerint inuenti hi duo prophetae magni et doctores ad  
 fidei gratiam convertent. et presulram tanti turbis in  
 parte electorum insuperabilitate reddent. Tunc implebitur  
 scriptura que dicitur. Si fuerit numerus israhel sicut arena  
 maris reliquie saluus fiant. Postque tres annos et dimidium  
 predicatione sua compleuerit. mox inciperet excandescere  
 antichristi persecutio. et contra eos primum arma sua  
 corripiet. eosque interficiet. sicut in apocalipsi legitur. Et cum  
 finierint testimonium suum. belitia que ascendet de abisso  
 faciet aduersus eos bellum. et vincens interficiet eos. Postque  
 isti duo interfecti fuerint. inde ceteros persequentes fideles.  
 aut martyres gloriosos. aut apostatas faciet. et quocumque in eum crediderit signum characteris eius in fronte accipiet. Sed quia de principio diximus. quem finem habeat  
 dicamus. Hic itaque antichristus diaboli filius. totiusque  
 malicie artifex pessimus. cum per tres annos et dimidium  
 sicut predictum est. magna persecutio totum mundum  
 vexabit. oemque populum variis penitentiis circumdabit. postque  
 Eliam et Enoch interficiet ceterosque in fide permanentes  
 martyrio coroabit. ad ultimum ueniet ira dei super illum.  
 sicut beatus Paulus scribit dices. Quem dominus Hiesus  
 interficiet spiritu oris sui. Siue dominus Hiesus potestia sue  
 visionis illum. siue archangelus Michael per virtutem domini  
 nostri Hiesu christi occidat. non per virtutem cuiuslibet  
 angelii uel archangeli. traditur autem doctores quod in monte  
 oliueta occidatur antichristus in Babilone et in solio suo.

Compendium B  
quod est sursum  
Biblic Reperto  
nuncupatur.

et in illo loco vbi dominus ascendet ad celos. Debetis autem scire quia postquam fuerit Antichristus occisus, non statim erit dies iudicij, nec statim ueniet dominus ad iudicium. Sed expectat dominus quosdam sicut ex libro Danielis intelleximus, qui seducti sint ut ad poenitentiam reuertantur, postquam vero poenitentia expleuerint, quantum temporis sit quo usquam dominus veniat, nemo est qui sciat, sed in dispositio dei manet, quia ea hora seculum iudicabit, qua ante secula iudicandum esse prefixit.

Phorē impressit Thomas Anshelmi  
Badensis, eis calcotypo, operaq[ue]  
castigatissima. Mense Augusto.  
v. Cl. Septembris. Anno. M.  
D. V. sub Illustri principe  
Christophero Seniore  
Marchione Badensi.





## TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



© The Tiffen Company, 2007

